Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26004
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iosephus in primo contra appionem grammaticum libro ita commemorat. Neque igitur in numera apud nos habentur uolumina inter se inuicem discordantia. sed duo tantum. et xx. sunt libri qui omnium temporum seriem continent. qui et iuste creduntur diuinitus inspirati. ex quibus quinque sunt moysi continentes leges uitae et successionis humanae prosapiam usque ad ipsius moysi terminum pertendentes. qui paulominus ad iii. annorum continentiam gerunt. ii. d. xviii.

Iosue annis. xxvi. regit populum israel ut iosephus docet. nam scriptura sancta quot fuerint anni ducatus illius tacet. Quare uero eusebius in chronicis. xxvii. posuerit infra dicemus. Primo autem sui ducatus anno iosue primo mense. x. die mensis populum patefacto iordanis alueo interram repromissionis induxit. Quo uidelicet anno ut in chronicis praefati eusebii repperimus. principium erat quinquagesimi primi iubilei secundum hebreos idem anni. ii. d. erant ab inicio mundi. completi singulis iubileorum ordinibus per quinquagenos annos deputatis. At uero hanc temporis huius esse summam nostram inquisitio nequaquam inuenire ualuit. constat enim quia m. dc. l. vi. addiluuium usque fuere anni. inde ad abraham. cc. xc. ii. qui lxxv. erat annorum quando promissionem dei accepit. promissionis anni. cccc. xxx. ducatus moysi anni. xl. qui profecto numerus non. ii. d. sed. vii. minus idem. ii. cccc. xc. iii. ut praenotauimus annos implent. ii. d. l. viiii.

Othoniel annis. xl. de tribu iuda primus israel iudex domino iubente constituitur. Huius temporibus primis filii israel seruiere chusanrasathaim regi mesopotamiae octo annis. D. M. ii. dc. xxx. viiii.

Aoth annis lxxx. filius gera filii gemini. qui utraque manu utebatur pro dextera cuius in primis seruiuit israel eglon. regi moab annis. xviii. donec eum ipse percusso eglon liberauit. Hoc tempore cyrene ciuitas condita est in libia.

Gedeon annis. xl. ex tribu ii. dcc. xviiii. manasse sub quo seruiuit israel madianitis et amalechitis viii. annis. sed gedeon pugnante liberatus est. Tirus condita ante templum hierosolimorum annis. cc. xl. ut scribit iosephus. ii. dcc. xx. ii.

Abimelech annis tribus filius gedeonis qui regnabat in sichem. Hercules ilium uastat. ii. dcc. xl. v.

ii. dc. lxxvii.

Debora annis. xl. prophetissa de tribu effraim cum barach de tribu neptali. cui inicio ducatus oppressit filios israel iabin rex chanaan. xx. annis. qui regnabat in asor. sed occiso ab israel principe militie eius sysara. humiliatus tandem ac deletus est. hoc tempore miletus condita. et cetera.

[illegible] annos mundi.

pb